

tholus, i. subs. m. ETYM θόλος. [FREQ humilis 20^{indicia} 1,2^{/d.c.m.} 37 VARRO] uocabulum scriptis litterariis praecipue satiricis aptum, et uersu et prosa, omnibus usibus; et technicis ad architecturam pertinentibus inuenitur; inde a saec. I aec. apparet usque in Antiquitatis finem; uerbum parum commune at doctis cognitum.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	5	0,7
	exponens	6	2
	narratiua	6	1,1
	satirica	3	16
DIACHRONICA	I aec.	6	2,1
	I-II ec.	5	1,3
	III-V ec.	9	0,95
DIAPHASICA	docta	4	1,9
	media	14	1
	quotidiana	2	3,5
DIASTRATICA	litteraria	15	1,1
	technica	5	1,8
MODUS	prosa	13	0,89
	uersu	7	3,6

¶ **a** aedificium rotundum, caelo camerato, quo quasi ornithone utebatur • edificio redondo y abovedado, utilizado como palomar o pajarera [HYPER receptaculum animalium HOL uilla] 37 VARRO Rus 3.5.12. Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum, qui est ultra rutundus columnatus.

b cupula rotundum templum, columnis circumcinctum, culminans, deabus Vestae Dianae, deis Herculi Mercurio consecratum • cúpula que corona un templo redondo cuyo perímetro está marcado solo por columnas, propio de Vesta, Diana, Hércules o Mercurio [HYPER tectum HOL templum MER laquear SIM petasus^c DOM de un templo y de la que cuelgan ofrendas suspendere, exuuias; las bóvedas de las termas] 45-43 VARRO Men 54.2. et pater diuum trisulcum fulmen igni feruido actum mittat in tholum macelli. 30-22 VITR 4.8.3. In medio tecti ratio ita habeatur, uti, quanta diametros totius operis erit futura, dimidia altitudo fiat tholi praeter florem. 5 OV Fas 6.282. par facies templi; nullus procurrit in illo angulus, a pluuiio uindicat imbre tholus. 45-95 STAT Sil 1.4.33. diues praedae tamen accipit omni exuuias Diana tholo captiuaque tela Bellipotens. 330 ARNOB 6.6.1. templa, quae tholis sunt aureis et sublimibus elata fastigiis. ISID Orig 11.110. Nam tolus est eminens rotunditas: unde et fastigium templi rotundi tolus uocatur. GLOSS 5.422.54. tholus tectum de petris siue ligno. 4.292.46. tholum fastigium templi rotundi. 5.624.22. tolus est camberata domus uel locus quo trabes coeunt.

at Seruius grammaticus tholum clipeum fuisse affirmabat de cupula suspensum, ex quo dona seu imagines ex uoto promissa pendebant • sin embargo, Servio da como sentido propio de tholus el de un escudo que se colocaba en el vértice de la cúpula y del que se acostumbraba colgar exvotos o regalos 29-19 VERG Aen 9.408. si qua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris dona tulit, si qua ipse meis uenatibus auxi suspendiue tholo aut sacra ad fastigia fixi. SERV Aen 9.406.1. tholus proprie est ueluti scutum breue, quod in medio tecto est, in quo trabes coeunt: ad quod dona suspendi consueuerant. alii tholum aedium sacrarum dicunt genus fabricae, ut Vestae et Panthei est. alii tectum sine parietibus columnis subnixum. aedes autem rotundas tribus diis dicunt fieri debere, Vestae, Dianae uel Herculi uel Mercurio. GLOSS 4.185.9. culmen tecti. 4.292.44. signum rotundum quae super culmen domus ponitur.

c in fine Antiquitatis thermarum cameratae aedes • estancias abovedadas de las termas [HYPER aedes^b] 375 AMM 28.4.9. tales ubi comitantibus singulos quinquaginta ministris tholos introierint balnearum, «ubi sunt nostri?» minaciter clamant.

d templum • templo [HYPER aedificium sacrum] 353-431 PAUL NOL Carm 31.336. Namque ut concussis patefecit tartara terris et uinctum inferno carcere soluit Adam, fissa resurgentes ruperunt saxa sepulti, et nouus in sancta floruit urbe tholus.